

q Ezech. 47. 16. 17. & 48. 1. Zachariae 9. 1. 2.

r In locis

s Theodoret. quas. 22. in 2. Reg. & Jerem. 4. & 46.

t In Amos

u Itineraria Antonini & Burdigal.

x Num. 34. 7. Ad montem altissimum.

y Ammian. 1. 14. c. 26.

z Plin. 1. 5. c. 12. Mons Casius, cuius excelsa latitudo quarta digi- ta orientem per tenebras solem aspicit, brevi circum- actu corporis diem noctem- que pariter ostendens.

a Ammian. 1. 22. c. 33. Casium montem ascendit ne- morosum, & tereti ambitu porrectum;

b Spartian. in Adrian.

c Ammian. loc. cit.

d Strab. 1. 16. pag. 516.

postrema notatur Emath velut omnium re- motissima in Terra promissionis, & ultra Libanum [g]. In partem tribus Neptali assignat Josue 19. 35. Nulla profecto in Palaestina neque trans annem Urbs lu- centius characteres illos, quam Emesa, praefert; erat enim Urbs non procul a Libano posita. In Phoenicia Libania constituit Stephanus, & veterem splendorem longâ aetate servavit. De Thou uno ex eius Re- gibus legas 2. Reg. 8. 9. Nota est hodie sub nomine Ems, & veteris magnificentiae ar- gumentum exhibent ingentia illa molium radera, quae adhuc spectantur. Eusebius & S. Hieronymus (r) autumnarunt, Emath cum Epiphania; urbe non longè ab Emesa, confundendam; sed Theodoretus cum Eme- sa maluit (s); quamquam ultrò fatetur, Epiphania pariter Emath appellari; & Aquilam Emath vertisse Epiphaniam. Tandem Josephus Antiquit. l. 1. c. 7. testatur, Syros suâ etiam aetate nomine Emath ap- pellasse Urbem, quam Graeci Epiphaniam. S. Cyrillus Alexandrinus scribit (t), mag- nam Emath Antiochiam esse; ipiorem verò Emath Epiphaniam, Urbem non lon- gè ab Antiochia. Haec doctissimorum sen- tentia.

Hethialon vel Chetalon, prima in Medi- terraneo Urbs, & exordium lineae Septen- trionalis, Terram promissionis apud Eze- chelem definitis, ipsissima est Cathera (u) Urbs Syriae 25. mille passibus à Plata- na, & 16. à Lodicea; nec alia est fortasse Bucatalis apud Ptolemæum, & in Tabu- lis Peutingeri.

Mons Casius Orientalior est quidem, sed in eadem ferè lineâ: designatur autem facile à Moysè nomine montis montium, sive montis altissimi (x). Porrò celsitudi- nem hujus montis prophani Autores ve- luti monstrum aliquod admirantur: Oron- tes imò pedes Casii illius celsi praetermeans (y). Ex ejus vertice creditur spectari in oriente sol ab ipsa quarta noctis vigilia, juxta Plinium (z), vel à secundo gallici- nio juxta Ammianum [a]; ut eodem fe- rè tempore sol ex uno latere occidens, ex altero oriens appareat. Ambitum ejus in ipsis montis radicibus 19. millibus passuum Plinius dimetit, & perpendicularem alti- tudinem ad 4. mille passus prorogat. Ejus cacumen ascenderunt Imperatores Adria- nus (b), & Julianus (c), unde novum il- lud phenomenon orientis in antecessum solis spectarent. Jure ergo apud Moysen nomen obtinet montis montium; celsitudi- ne enim suâ quâ ceteros vincebat, quâ pariter famâ erat notissimus.

Apamea, si Rabbinis fides, confunden- da est cum Urbe Sepham, vel Sephama, de qua Num. 34. 10. 11. congruit sanè utriusque nomen; congruit & situs Apa- meae ad Orontem, & ad Orientem Casii. Verùm ea statim conjectura deferenda, si vera sint quae de Urbis appellatione ab Apama uxore Regis Seleuci (d), feruntur; quibus constitutis fateamur oportet, nomi- na Sephama, Sedada, Sebarum & Rebla- ta, vel intercidisse penitus, vel in alia- trammutata fuisse à Regibus Syriae post Ale-

xandrum Magnum. Cum enim Reges illi vernaculum Graecorum sermonem in regio- nem invexissent, veterum nominum barba- riam oblivioni tradere facile affectarunt, substitutis eorum loco aliis, vel à Macedo- niâ, Graeciâ, vel peculiaribus singulorum nominibus repetitis. Hinc tot Urbes Antio- chiae, Seleucia, Apamea, Laodicea, Epi- phania nomine appellatae, ex quo crux Geographicis, & errandi occasio.

Post Emath in Ezechiele sequitur Berot, nomen indicans facile Urbem Berocæ ad Orientem Antiochiae (e), quam Plinius recenset inter Arethufam & Epiphaniam Urbes ad Orontem (f). Non aliam facile designat urbs Beroth à Davide subacta (g), sicut & Thebat vel Thebes in Syria [h], & Chun vel Conna in Itinerario Antonini.

Damascus neminem later; nunquam enim nominis sui famâ non celebratur, ac potis- simùm amoenissimarum aquarum privile- gio (i). De amnis Abama & Pharphar Urbem & agrum Damascusm perlucen- tibus, sermo est 4. Reg. 5. 12. Non nisi unicus quidem amnis nobis hodie innotescit; sed in tres ramos veluti totidem flu- vios distinguitur. Porrò amnis iste apud Graecos nomen obtinet Chrysothoas (k), id est amnis aurum trahens; apud incolas regionis olim quidem aetate Stephani Geo- graphi, Bardine, hodie verò Barrady (l); fuit autem à montibus Antilibani; & post collatas liberali munere aquas Urbi, hor- tis, & agro, sub terram influens, 4. vel 5. leucis ad meridiem Urbis Orientem versis evanescit.

Ennon sive Hazer-enna apud Ezechielem & Moysen notatur, veluti prima Urbs, unde linea Septentrionalis à septentrione in meridiem ducitur. Designari illam cre- dimus apud Ptolemæum nomine Inna, & in Tabulis Peutingeri nomine Ennos, 39. mille passibus circiter à Damasco. En- igitur in linea Septentrionali sex certa pun- cta, alia planè ab illis, quae hucusque assi- gnata sunt; scilicet Chethalon vel Cather- la, mons altissimus Casius, Emesa, Be- roth, Damascus, Ennon vel Enna.

Ad hæc, nullus est dubitandi locus, assi- gnatas à Josue Israelitis Syriae quasdam urbes, multum ultra limites in vulgaribus Tabulis Geographicis praescriptos. E. g. (m): Maara Sidoniorum ipsa est Maratba, vetus urbs Phoenicum, juxta Strabonem (n). Aphec, Urbs celebris sub postremis Regibus Juda & Israel (o), sita erat in Coele Syria. Ad hæc Ama sive Bor-amna, arx sive excelsus locus in Libano, de quo Strabo l. 16. pag. 520. Robob sive Beth-rohob in valle ultra Libanum (p). Ita verò de Regibus Syriae, Zobæ & Rohob agit Scri- ptura, tanquam de Principibus ditionem habentibus ultra Hebraeorum terras sub Davide (q); interim verò alibi docet, urbem Dan vel Lesem constitutam fuisse in valle Beth-rohob; quod in causa est, cur eandem urbem ponamus in ima & extre- ma ora meridionali vallis Bucca, è regio- ne Lesem sive Dan, quæ Urbs erat à me- ridie Antilibani, unde viâ ducebatur ad Pa-

e Strab. 1. 16. pag. 517.

f Plin. 1. 5. c. 23.

g 2. Reg. 8. 8. h 1. Par. 18. 8.

i Julian. Imper. ratorum 14.

k Strab. 1. 16. Plin. 1. 5. 18.

l Maundrellus iter Aleppo Jerusalem.

m Josue 19. 30.

n Strab. 1. 16. pag. 518.

o Vide 3. Reg. 20. 26. & no- strum Com- mentarium ibid.

p Vide Judic. 18. 28. & Jo- sue 29. 30.

q 2. Reg. 10. 6. & 1. Reg. 27. 22.

r Josue 13. 4. 5.

s Ps. 73. 15. t Amos 5. 24.

u Maundrellus pag. 239. prima magnitu- dinis 16. nu- meravit; in- feriorum ve- rò planè mul- tos. Thuve- not 23. tan- tum indisci- minatum om- nes, quâ ma- jores quâ mi- nores recen- set cap. 60. Alius apud Dezallier an. 1688. omnes simul 30. in- ter quos 20. majores ha- bet. Vide pag. 25. x 3. Reg. 5. 18. y Num. 34. 10. 11. z Ezech. 47. 17.

Palaestina in Syriam. Tandem Josue laben- tibus aetatis suae annis (r), multum adhuc regionis subigenda ab Israelitis restare his verbis designat: Hevai, omnis terra, (Chanaan) & Maara Sidoniorum, usque- Apheca, & terminos Amorrhai, ejusque con- finia; Libani quoque regio contra orientem, & Baalgad sub monte Hermon, donec ingredia- ris Emath. Omnium (terra) qui habitant in monte, à Libano usque ad aquas Mase- vephot.

Recentiora nomina amnis Lethane, & vallis Bucca, ac urbis Baalbec in Coelesy- ria, suam adhuc retinent in lingua He- braica significationem; Bekab enim sonat vallis; & Amos 1. 5. exitum minitatur incolis Bekab-Aven, vallis iniquitatis, quæ facile cum nostra hac confundenda. Memi- nit non semel Scripturâ annium Ethan, aquarum rapiditate, & gloriâ insignium: Tu siccasti fluvios Ethan (s): Et replebitur justitia, quasi torrentis fortis (t), (quasi fluvius Ethan). Baal-bee, Baal-bekab est Deus vallis, Deus regionis, Sol, unde apud Graecos nomen inditum Urbi illi Heli- polis, Civitas Solis.

Abel, vel Abel-maacan, aut Abyla in- faucibus Libani. Abel inter Panæam & Da- mascum consignat S. Hieronymus cum Eu- sebio; inter Heliopolim & Damascum exteri Geographi.

Abiam confundimus cum Hoba, seu Ho- bal, quousque procurrisse legimus Gen. 14. 15. Abrahamum, ut ex adversariis Regum manu Lot nepotem suum reduceret. Lo- cus ejus ad sinistram Damasci ultra Dan, urbem in ostio faucum ad Rohob & Emath deducendum. Quare Hobal urbem fuisse oportet Coelesyriae in valle Bucca. Porrò in ejus Urbis loco assignando secuti sumus Itinerarium Antonini, quantum ad ejus distantiam è Damasco & Heliopolim per- tinent.

Cedri Libani, apud Sacros Libros, & Itineraria celebratissimi, spectantur supra & ad orientem Biblos & Tripolis; hodie tamen superant tantum in crepidine qua- dam Libani, & rari etiam ibi spectant pro- ceritatis (u). Olim major erat numerus, quanquam non in toto Libano unquam- natas arbores illas credo. Insinuat etiam Scriptura hunc, quem designat Itineraria, locum, nempe Biblos versus, ipsum fuisse olim cedros suppeditantem; namque Hiram missis sectoribus suis ceduam illam mate- riam in secta divisam, atque inter se com- missam, maritimo itinere deducebat Joppe; inde vero terrestri Jerusalem (x). Hæc sa- tis pro afferendis septentrionalibus Terræ promissionis constitutis à nobis limitibus. Nunc ad Orientales.

Unum Euphratem Orientalem Terræ pro- missionis limitem assignat Moyses Gen. 15. 18. Deut. 17. Alibi verò (y), exactius rem profectus, protendi illos ab Enan, & per orientalem plagam maris Cinereth sive lacus Genesareth, ad usque extremam oram maris Mortui deduci. Recenset insuper Eze- chiel (z) Damascum, Ennon, Hazeti- chon, Auram, mediam Galaaditidem, & Jordanem, cujus est ostium in mare Mor-

tuum vel orientale. De Ennon & Damasco satis egimus. Bethacenorum in Ituræa nomi- ne satis designat Plinius (a) populos Chazer-tiehon, nempe domus Thiconis, quæ pariter est significatio Beth-Thicon, nec S. Hieronymus aliter sibi duxit reddendum il- lud Chazer-Thicon, quam domus Thiconis. Auranam metropolim Auraniis facile credi- mus. In Arabia deserta constituit Ptole- mæus l. 5. c. 19. Auran Urbs est S. Hiero- nymo (b) in deserto Damasceno. De Au- ranite sæpè Josephus (c); & sub Romanis in Ituræa regio illa facile censebatur (d). Medium Galaad est Maspha in Galaaditi- de. Jordanis & mare Mortuum notiores sunt, quàm ut describantur. Nec plura nos de finibus Terræ promissionis.

In assignandis singularum Tribuum limi- tibus hoc servatum est potissimùm, ut in- tra privatos uniuscujusque veluti cancellos omnes concluderentur Urbes, juxta assigna- tam à Josue per familias rationem; sed invitis licet ea quandoque imposita neces- sitas, ut extra lineam locorum quædam nomina adscriberentur, in digerendis ma- ximè Tribubus Dan & Simeon, quarum sortem Tribus Juda complectebatur, & Ur- bes possidebant interdum in ipso Tribuum finitimarum sinu. Insuper scitum est, oc- currere non semel apud Josue, ut Urbes in prima regionis distributione certa Tribui assignatas, alteri in posteriori divisione adscri- beret. Constat insuper loca plurima jure acquisitionis ex una Tribu, cui ab initio cesserant, ad aliam, quæ pulsus è loco Cha- nanæis sibi adsciverat, transisse. Exempla ejus rei plurima legas in Commentario.

Alia videbitur intuentibus Tabula no- stra à cæteris ferè omnibus, quæ hucusque paruerunt; sed nihil à nobis immutatum, cujus non optimæ suppetant rationes. Solent plerumque Jordanis fontes designari veluti duo rivuli, hujus nomen sor, aite- rius Dan, qui junctis Pancæde vel Casá- ree Philippi aquis in amnem fluunt. Por- rò rivum è Dan fluentem, quòd apud Eu- sebius & S. Hieronymum tanquam genui- nus Jordanis fons assignetur (e), nos pa- riter servavimus; alterum verò tanquam fa- bulosum proisus rejecimus. Asserit S. Hieronymus, rivum à Dan fluentem sor appella- ri, unde nomen anni Jordan. Sed primos Jordanis fontes constitutum in Phiala, qui lacus est ad Orientem Cesareæ, cæcis & subterraneis canalibus 20. stadiorum tractu aquas suas suppeditans rivo juxta Dan, de quo modò. Hæc omnia ex Josephi fide (f); asserit enim Philippum Trachonitidis Tetrarcham fontem ipsum rivi emergentis è radicibus montis Panei, juxta Cesaream, & exinde in amnem, cui nomen Jordanis, fluentis, exploratum, comminutæ palæe in- gentem vim in lacum Phiala injecisse; eas verò cæcis & subterraneis canalibus delatas aliquandiu post emerisse in fonte juxta Ce- saream. Porrò lacus iste Phiala, nempe lanx, inde nomen obtinuit, quod rotundus sit ad circumum. Jacet ad dexteram viæ ducentis in Trachonitidem, ad radices Libani sive montis Panei.

Persuasum habuerunt hucusque, lacum Se-

a Plin. 1. 5. c. 23. Ituræorum gentem, & qui ex iis Bethaceni vocantur.

b In Ezech. 47. 17. c Antiq. l. 15. c. 13. & l. 17. c. 13. & de Bello l. 2. c. 9. d Vide Cellar. Ligfoot.

e Euseb. & Hieronym. in Laifa.

f De bello l. 3. c. 35.



g Antiquit. l. 5. c. 6. de bello c. 35. l. 3. & l. 4. c. 1. h Josue 11. 5. Judic. 5. 18.

mechon, cujus frequens apud Josephum mentio (g); ipsissimas esse aquas Mera sive Mevon, satis ex libro Judicum & Josue (h) notas. Quae apud omnes opinio invaluit, ea est, ut communi plerumque nomine lacus ille appelletur Mevon vel Mera; sed satis congruentibus rationibus demonstrasse nos confidimus in Commentario, aquas & Urbem Mevon locum tenuisse ad meridiem Carmeli, ad Legionem & Samariam medium. Profecto Judaei, Josephi aetate, eam opinionem non adhuc induerant, aquas Semechon cum aquis Mevon confundi; neque enim altero nomine lacum illum appellabant, quam genuino Semechon, nempe amoenum, jucundum; quam illi appellationem facile concillavit fons amenissimus Dan, & arborum, quibus protegebatur, umbra gratissima (i). Porro lacus iste arefcit astate, nec ejus mentio ulla, quantum sciam, in Scriptura. Imminebat illi Urbs Azor, juxta Josephum. Nihil de lacu illo pariter Eusebius & S. Hieronymus in Libro de locis.

i Josue 1. 4. de bello c. 4.

k Joan. 12. 21.

l Antiquit. l. 18. c. 3.

m Joann. 6. 1. 17. & Luc. 9. 10.

n In Chorograph. in Marc. & bor. Talmud. in Mat. 14. 13. o Asia, l. 3. c. 13. pag. 387.

p Marc. 6. 45. 53.

Urbs Bethsaida, in Evangelio notissima, jacebat ad lacum Genesareth in Galilaea (k). Auxit Philippus Tetrarcha, & locum dedit inter Urbes, veteri nomine in Juliadem, ex nomine Juliae filiae Augusti, transmutato [l]. In inferiori Gaulanitide collocat idem Josephus de Bello l. 2. c. 13. & ad Orientem lacus Genesareth Plinius l. 5. c. 15. Legimus in Evangelio (m), Jesum Christum transvadato mari Tiberiadis, contulisse se Bethsaidam, & ejus nominis desertum; quod in causa fuit, cur Ligfootus (n), & post illum Cellarius (o), subdubitantes licet, Bethsaidam & Juliadem ultra Jordanem constituerent. Quae autem scrupulum eam in re facerent, illa videntur, nimirum S. Marcum, post relatum de multiplicatis panibus in regione ultra lacum Genesareth prodigium, scripsisse, Jesum Discipulis suis mandasse, ut transgressi lacum, irent Bethsaidam & in regionem Genesareth (p); regressos illos Capharnaum narrat Joannes 6. 17. 24. Ex his insinuari videtur, Bethsaidam, non secus ac Capharnaum, & regionem Genesareth, Jordanem habuisse ad Orientem.

Sed haece tria reponenda: 1. Urbs Bethsaidae sive Juliadis facile geminata, erat altera nempe ad Occidentem, altera ad Orientem Jordanis; nihil enim facilius quam Urbes ad ripas fluminis constitutas in duas intermedio amne secari, quarum una pars alteram a regione respicit. 2. Jesus Christus eiusque Discipuli facile a Deserto, ubi prodigium illud a Magistro patrum fuerat, Bethsaidam se contulerunt, litus veluti radentes, compendiarie itineris gratia, vel ut forte montes & scopulos viam in ripa lacus prohibentes evitarent. Haec quotidianam experientiam, cum iter secundum mare & ampliores quosdam lacus instituitur, nota sunt; aquas enim radentem cymbam iter illud habituri conscendunt, etiam si ex uno loco ad alterum in eodem ripae lateret, sed distantem aliquantulum, se conferant. 3. Josephus ipse non obscure insinuat, Capharnaum ad eandem lacus ripam ja-

cuisse, ubi & Bethsaida; narrat enim se vulnere prope Juliadem accepto, translatum fuisse Capernomam, ubi noctem egerit (q); quare transitus a deserto in Capharnaum sive Bethsaidam, intentum plane pro utraque Urbe non convincit, quasi scilicet ad ripam occidentalem lacus Genesareth pertinerent. Nec tamen iverim inficias, notam fuisse Urbem quandam Capharnaum ad Occidentem lacus: satis, quantum arbitror, aperte eam de re Evangelium (r); & Josephus (s) meminit amoeni cujusdam fontis Capernaum, cujus aquis alluerentur latera occidentalia maris Tiberiadis. Ex eo fonte inditum facile nomen Urbi Capharnaum trans lacum. Tandem Jesus Christus a Deserto, ubi panes multiplicaverat, ad regionem Genesareth se contulit. Petit ille quidem adversam lacus ripam, non quidem lacum transgressus; sed pedesri itinere Juliadem prius, deinde secundum ripam lacus Tiberiadem & Capharnaum se contulit.

q De vita sua pag. 1029.

r Joan. 6. 17. 24. Vide & Joan. 4. 49. 47. Matth. 4. 13. s De Bello lib. 3. c. 18. in La. tin. pag. 86r.

t Ligfoot. Chorograph. in Mar. sect. 2.

Autumavit Ligfootus (t), Galilaeam Gentium regionem esse trans amnem: sicut & inferiorem Galilaeam cis & ad Occidentem fluminis. Laudat in eam rem illud Matth. 4. 15. Terra Zabulon, & terra Nephtali, via maris trans Jordanem: Galilaea gentium, populus qui sedebat in tenebris, vidit lucem magnam. Observat insuper, Bethsaidam sive Juliadem Urbes Transjordanas ad Galilaeam pertinuisse, ejusque rei gratia Apostolos Bethsaidae cives Galilaeos appellari. Est ergo, ait Ligfootus, Galilaeam gentium in Transjordanis. Eusebius in Itai. 9. luculenter asserit, Galilaeam Transjordanam fuisse regionem; Septuaginta ibi Itai. 33. 9. reddunt Basan Galilaeam; quis autem neget, Basan regionem esse trans amnem? S. Hieronymus in eundem locum observat, Interpretes illos nomen totius Provinciae posuisse pro singulari ejusdem portione: neque enim Basan Galilaeam totam continebat. Verum ne longam discussionem trahamus in istum Scripturae locum, quod alibi a nobis fiet commodius, persuasum habemus, Galilaeam Gentilium plus multo, quam pro consueto more, prorogari oportere. Nos enim regionem illam ducimus a superioribus Tyri & Sidonis trans amnem usque ad orientem, secundum Provincias olim a Gentilibus occupatas, nempe Phoeniciam, regionem Damascenam, Ituraeam, Trachonitidem, & Gaulanitidem. Nomen Galilaea Gentium peculiari significatione exprimit tantummodo Provincias Gentilium in fronte, seu limitibus positas. Inferior Galilaea est nobis regio Ptolemaidis finibus juncta, & ad usque lacum Genesareth ad orientem protensa, in sinu suo complectens Tribum Zabulon, & Issachar, ac Nephtali portionem. Torrentem Cison ita describit Adrichomius, tanquam amnem post mare Tiberiadis ad usque Mediterraneum; ejus vero fluminis partem a monte Thabor usque ad Mediterraneum fluentem, appellat Torrentem Cison; alteram vero influentem in lacum Tiberiadis, Torrentem Cadumin. DD. Samson, Duval, de la Rue alique ferre omnes in suis Ta-

u Vide Doubdan iter terra S. c. 51. 58. & M. Adrell. iter Aleppo Jerusalem pag. 190. &c.

x 3. Reg. 18. 43.

y Antiquit. l. 10. c. 4. colatum cum l. 2. de bello c. 20.

z Epitaph. Paula.

a Josue 16. 5. Possessio eorum contra Orientem Atharot addar usque Bethoron superiores.

Tabulis servarunt eundem Torrentem inter duo maria; negligendum id tamen nos duximus, quod nullo documento sive apud Veteres sive apud Recentiores fulcitur. Afferunt Itineraria (u), fontes Cison vertere aliquantulum ad orientem montis Thabor; fluere vero torrentem illum ad Occidentem, ac devolvi in Mediterraneum ad radices & Septentrionem Carmeli. Falli illos in ostio torrentis, unde in mare devolvitur, assignando, autumavit Cellarius l. 3. c. 13. tenet enim, sed nullo satis firmo argumento, constituendum illud non ad Septentrionem, sed ad meridiem montis. Observat igitur Prophetam Eliam, post demonstratam superstitiosi cultus fallaciam, deducto caeli igne super paratum sacrificium, auctorem fuisse populis, ut abreptos Pseudo Prophetas omnes in aquis Cison, fluentibus ad radices montis Carmeli, ubi sacrificium oblatum est, demergerent (x). Quid inde? an ergo Cison rivus erat ad meridiem Carmeli? Est torrens Septentrionalis valli magni campi, a regione montis Gelboe & montium Hermon.

Geminae Urbes Bethoron, superior nempe, & inferior, ita notae sunt, quam quid aliud. Inferior in eminenti quodam loco inter Lyddam & Jerusalem spectabatur, 100. stadiis circiter ab eadem Jerusalem (y), vel duodecim millibus passuum juxta Itinerarium Burdegalense, a quo Bethar appellatur. Superior Bethoron remotior quidem erat a Jerusalem, sed in eadem directione lineae, si quis a Jerusalem vel Diopoli Casarea peteret. Narrat S. Hieronymus (z), S. Paulam ex Emmaus iter Hierosolymam versus dirigentem, venisse Bethoron inferiorem, & Bethoron superiorem, urbes olim a Salomone constructas, deinde temporum senio collapsas. Sed haec nunquam cum veritate coherent, ut S. Viri aetate ipsam de situ Urbis memoriam penitus excidisse oporteat. Erant enim magis Septentrionales Jerusalem, quam Emmaus & Nicopolis: Itinerarium Antonini Urbem Betharon vel Bethar collocat 18. milliar. a Casarea Palaestina, & 22. Milliar. a Diopoli; Itinerarium Burdegalense 20. milliar. a Diopoli, & 16. a Casarea. Porro alia erat haec Bethoron inferior inter Jerusalem & Diopolim media; quare confundamus oportet cum Bethoron superiori. Itaque inter geminas illas spatium erat 24. milliar. circiter; inferior meridiana erat; superior septentrionalis Diopoli. In Commentario ad Josue 16. 5. scripsimus, Bethoron superiorem in Orientali portione Tribus Ephraim satis proxime ad Jordanem sitam esse, quem locum aperti ssum designat Textum Josue reputavimus (a). Legimus enim in illo, limites orientales Ephraim duci ab Atharot addar ad usque Bethoron superiorem. Verum si ea, quae huc usque disputavimus, vera sint, ita Josue locus explicandus est: Sortis Ephraim limites orientales ponebant Atharot Addar & Jordanis; septentrionales vero designabat linea a Bethoron superiori usque ad Mediterraneum.

Dissert. Calmet Tom II.

Nomen Saron lapidis quidem recurrit in Scriptura; sed loci ne, an regionis? Tria eodem nomine distita loca distinguit S. Hieronymus: 1. Pars Batanae in Transjordanis eodem censebatur; 2. Ager inter Casaream Palaestinae & Joppe; 3. Locus in magno campo Jezrael vel Esdrelon; 4. Tandem recentioribus Itinerantibus Saron est ager post Ecdippe ad usque Ptolemaidam. Sed operosior esset sane demonstratio, si quis niteretur adductis Scripturae locis probare, vetera haec fuisse regionum illarum nomina.

De mari Mortuo plura animadversione digna occurrunt. Exhibetur plerumque in Tabulis, veluti in rectam lineam protensum a septentrione ad meridiem longitudine 20. vel 24. leucarum; latitudine vero, ut majus, 6. vel 7. sed figuram potius exhibuisse constat lunae decrecentis, cum ex agro Jericho, non nisi unius leuca tractu a mari illo distante, portio tantum maris illius spectetur longitudinis 4. leucarum circiter, latitudinis duo; reliquis vero ejusdem, quod retro post montes ad orientem & occidentem ejusdem maris gyrent, obiecta eorumdem montium prohibitis (b). Memorant Veteres (c) Sodoma & circumjacentis ad 60. stadia regionis everisionem, cujus supersunt ad litus ejusdem maris documenta. Eusebius, & S. Hieronymus (d) ita de Sodoma & Seboim agunt, quasi de locis sua adhuc aetate in ripa occidentali ejusdem subsistentibus. Sermo etiam de Seboim, tanquam de manente Urbe habetur 1. Reg. 13. 18. sicut & de Adama apud Septuaginta in Itai. 15. 9. De sua aetate testatur Josephus (e) spectari adhuc vestigia quinque Urbium in litore lacus Asphaltitis. Apud Stephanum (f), & in Notitiis legitur Sodoma, quae Urbs erat Episcopalis in Provincia Ecclesiastica Petreae. Sita erat inter Engaddi & Thamar, ac proinde satis proxime ad extremam oram meridionalem maris Mortui. Nec sane alibi Sodoma collocanda; fieri enim vix potest, ut multum distaret a Segor, quod Loth a Sodoma pedem retrahens, post aliquot vias horas sub ortum solis pervenit. Inferior loco erat Seboim, & ad septentrionem. Unus ex Urbibus rudera, multum intra maris alveum excurrentia, spectari contingit ad ripam orientalem post an. 1650 [g]; sua exhibuit litus occidentale in ipsum pariter alveum excurrentia, qua parte litus illud plantium Jericho habet averfam (h). Quibus ita se habentibus, constitutas tenemus quatuor Urbes, Sodomam, Seboim, Gomorrhiam, & Adamam in eodem ferme quo olim, situ, longe plane ab illo, quem in Tabulis obtinent. Est enim Sodoma in Tabulis 10. vel 12. leucas a Segor distans, cum re ipsa 4. vel 5. tantum recedat. Maris mortui humiliores esse aquas nonnullis in locis oportet, quippe quod ab Arabibus camelos inequitantibus transvadentur.

Thamar vel Thamara praeposterè cum Engaddi, sive cum Asafon-Thamar, urbe nempe longe a Thamar remota, confunditur. Urbs erat ad meridiem maris Mortui, diei

b Doubdan, ca. 39. c Sirab. l. 15. d in locis in Sodoma & in Adama.

e De Bello l. 4. c. 24. in Graec. pag. 802. f In Engada.

g Tabul. B. du Fer.

h Vide Maundrel. pag. 142.